FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

# Franckesche Stiftungen zu Halle

## Brief von Philipp Jakob Spener an Johann Wilhelm Petersen.

### Spener, Philipp Jakob

### Frankfurt am Main, 08.12.1674

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-243106

Visual Library

18.

quod illius etiam litteris significo. Sed vel ipsa charta monet ut prolixitatis finem faciam. Vale in DOMINO! Scrib. Francof. ad Moen. 17. Octobr. 1674. Clariss. T. Deorum studiosissimus et ad preces et officia addictissimus Philippus Jacobus Spenerus

Salutem a DOMINO IESU!

Vir clarissime et praecellens, Domine Fautor et amice honoratissime.

Ad duas debeo responsum, quod mihi frequenter accidere solet, ut non ad unas respondeam. Et nunc quoque nisi longiorem moram facere velim vix aliter quam per summam respondere valeo. Mihi ante omnia gratissimum fuit, te videre ὁμόψηφον mihi, et de vulneribus Ecclesiae, inprimis circa studium Theologicum, idem sentire. Et recte mones, distinctionibus aliquibus, etiam non malis potuisse nos cum aliquo Ecclesiae commodo carere, nisi jam essent introductae. Certe si, quantum fieri potest cum scriptura loquamur, minus adversus nos poterunt veritatis hostes, quibus saepe nudum praebemus latus, cum ab illius formulis recedimus. Intellexit sane prae omni Philosopho sapientissimus Spiritus DEI quibus φράσεσιν efficacissime exprimeretur veritas. Cuius ergo verbis tutius inhaeremus. Interim nec illae contemnendae sunt victoriae, cum proprio gladio jugulantur hostes et refelluntur

ἐκ τῶν οἰκείων. Controversiarum studium, nisi fallor, nuper etiam agnovi necessarium Ecclesiæ, ut aliqui ex professo illi ~~in~~ incumbant. Nam etiam adversus hoc genus hostium, qui falsis δόγμασι eam impugnant, eget militibus. Sed ut universa Theologia vel potior ejus pars in eo reponatur non satis æquis oculis intueri possem. Et tu quoque isti θέσει mea lubens subscribis. Labori, quem examini Volusiani libelli impendis, ex animo divinam gratiam et benedictionem apprecor. Qui Coloniæ prodiit libellus meo quidem judicio, instigante Sereniss. Landgr. Ernesto prodierit. Serio enim ille semper adversatus est suorum circa Marioduliam Superstitiones. Et nunquid ipsa phrasis, ad suos indifferentos auctores, quæ vix alii atque illi principi usitata saltem æque familiaris fuerit, stilum ejus accessisse, idoneo argumento est? Si ejus tractatus Germanicus der discret gesinnete Catholische ad manus Tibi esset, haud dubito quod futurus esset usui. Legi enim mihi commodatum ante hos tres vel quatuor annos, sed recepit librum ex mea manu princeps. Extractum ejus superiori anno hic prodiit lectu non indignum, ast omissa sunt, quæ nobis poterant majori usui esse. Librum desideratum proxime misi; si ejus usus tibi prodesse queat. Non legi eum, cum raro ad talia sit otium, sed argumentum illico promisit talia, ex quibus quædam haurias.

Franckesche Stiftungen zu Halle

20.

Alius vero liber est, quem tibi omnino legendum judico, antequam tua edas: Mariae Stambuch, cujus vero exemplum in hac civitate nullum novi. Possidet unum Orator Danicus hic residere solitus Dn. Orth, sed cum a rege vocatus negotiorum gratia nunc Hafniae versetur, quod alias facile mihi futurum erat, tibi ejus usum impetrare nequeo. Si vero tamdiu expectare integrum sit; ut ille redeat, spero non gravem se praebiturum. Liber ut ego scio, nisi pluries, saltem bis typis impressus est, sed cum non possit non cordatus quivis erubescere ad ejus lectionem, non venditur nisi illis, qui profundius tenebris mersi creduntur, quam ut aliquid lucis videre possint, atque ita detegere istas ineptias. Unde etiam praefatus orator arte quapiam per Pontificium nonneminem exemplar nactus est. Ante annos vero 15 et amplius memini etiam Argentorati publice fuisse venditum. Vix quisquam quod sufficiat in hoc argumento scripserit, nisi qui legerit prius istum. Nam quicquid uspiam ineptum fuit, et cujus merito ipsos pudeat, hic in unum congestum videtur ab aliquo Mariodulo, quem zelus plane excoecavit: Ast non eum modo, sed quorum auctoritate et consensu liber editus est, quem si sua intelligerent

damna, ut nunquam prodiisset, multo aere redimere deberent. Forte tamen jam vidisti, et ego de eo nimium prolixus sum. Quod in ipsa Eucharistia adsit B. virgo, memini alias me etiam audivisse, sed vix succurrunt certa. Baro qui tuas mihi attulit, jam biennio, nisi memoria me fallit, alias mihi exhibuit a concionatore aulico Durlacensi litteras. Concionatore nihil subsidii hic a Magnif. Consule nactus iter Durlacum instituere perrexit. DEUS eum Spiritu suo ita regat, ut Ecclesiae exemplo, et sibi agnitione beneficiorum divinorum accreptorum prosit. Porro cum Bilgeri nostri mentionem feceris, pergratum mihi accidit, cum tua uti informatione. Avus ejus qui simul tutor, nuper mihi conquestus est, quod sumtus, quam necessarium sit, graviores faciat, ex quo colligat, non uti decet studiis eum invigilare. Unde ejus rogatu dedi ad ipsum paraeneticas. Si vestro testimonio porro industria et vita Theologo digna commendetur, gratissima res ea et avo, et mihi ~~, et vitrico~~ fuerit, nec non vitrico, qui eum valde diligit. Nobiliss. Vossii mortem cum gemitu intellexi. Vivi licet in quibusdam Helmstadio addicti sed pii et modestissimi amicitiam magnifeci, ex quo 1656 Argentorati una viximus.

22\. Renovavit eandem cum a quadriennio circiter vel triennio hic transiens morbo cogeretur aliquot septimanarum moram facere. Max. Reverendorum DD. Siricii et Pomarii (ita enim dici reor, quem Pomeranium scripsisti) vocationi DEUS porro benedicat, ut amplissimos fructus Ecclesia ferant. Max. Rev. D. Varenio, cum rescribes, quaeso pia vota mea defer; et quam eum colam. Cum hisce tu quoque divinae gratiae commendatus vale et salveto plurimum. Scribebam Francof. ad Moen. 8. Decembr. 1674. F.

F Clariss. T. Praecell: ad preces et officia addictissimus
Philippus Jacobus Spenerus D.

A IESU passo F

Passionum ejus fructus aeternos!

Praeclarissime et Praecellens domine, Fautor et Amice honoratissime.

Pro more meo non nisi post aliquam moram respondeo. Sed caussae tibi non sunt ignotae, unde nec mihi multae excusationis necessitas. Pro piis, quae meae saluti impendis votis gratias ago maximas: ut in eo precum officio, quod invicem debemus posthac etiam pergas, unice contendens, et vicissim promittens, neque in mei, me tui fore immemorem. Quas vero mihi admetiris laudes quaeso posthac moderare, et scito, uti meae mihi mediocritatis probe sum conscius, imo eam quotidie magis addisco: ita nolle me,

Franckesche Stiftungen zu Halle